Mantuani unus esse videatur, scilicet Chronico quodam anonymo Cremonensi. Equidem huic opi-

! nioni accedere horum nequeo, ut fusius docui in com-

mentatione supra ~~allata~~ allegata.

Ibi quae de ceteris quoque fontibus uberius disputavi, hic breviter repetam.

In illis partibus quae historiam Faventiae vicinarumque civitatum continent, et ipse Tolosanus et continuator certe complura referunt, quae ipsi viderant (cf. verba ad a. 1194, 'ut nos vidimus' et ad a. 1218, 'cum ibi in reaedificatione essemus'). Nonnulla vero eaque non omni ex parte certa inseruerunt (quae ~~partim~~) aliorum narrationibus debent ~~(sibi comperta) (ex narrantium ore exceperunt)~~.

Eadem dicenda sunt de rebus ad historiam universalem spectantibus. Praeterea ~~Non unum~~ non primarium hic fontem ab auctore vel potius ab auctoribus usurpatum esse, alias demonstrare mihi videor: hic autem et illic nostrum Chronicon partim rebus, partim verbis convenire animadvertimus cum Vita Alexandri cardinalis Bosonis, cum Annalibus Placentinis Ghi-

bel